Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Hoc est enim uerbum quod breuiauit dn̄s super terra̅ · dicens
in euangelio · In his duobus pnꝫceptis · tota lex pend& & p
ph&ae · Et hac ergo dilectione cotidie pficere · & monendo & bene
agendo · ut ipso adiuuante qui tubiam pnꝫcepit · atque donauit ·
nutriatur & crescat donec haec teper fecta faciat · Ipsa est enim
caritas · quae sicut apostolus dicit diffusa est in cordibus nostris ·
p spm sem̄ qui datus est nobis · Ipsa est de qua tem dicit · Plenitudo
legis caritas · Ipsa est per quam fides operatur · unde iterum dic̄ ·
Neq: circumcisio quicquam ual& neque pr̄eputium · sed fidesque
p dilectionem operatur · In hac omnes ergo sc̄i patres nr̄i & patri
archae · & pph&ae & apostoli placuerunt dō · in hac omnes ueri
martires usque ad sanguinem contra diabolum cestauerunt ·
Et quia in eis non refriguit · nec defecit · ideo fecerunt · In hac
omnes boni fideles cotidie pficiunt · puenire cupientes non ad
regnum mortalium · sed ad regnum celorū · Non ad tempo
ralem · sed ad sempiterna̅ hereditatem · Non ad aurum
& argentum · sed ad diuitias incorruptibiles angelorum ·
Non ad bona huius saeculi · In quibus cum timore uiuitur · nec ea
quisquam ali qua secum potest auferre dum moritur · sed ad
uidendum dn̄m · cuius suauitas & delectatio excedit omnem
non solum terrestrium uerum & iam celestiū corporum
pulchritudinem · Excedit omnem decorem animarum ·
quantum lib& iustarum atq: sc̄arū · Excedit omnem speciem
supnorum angelorum · atq: uirtutū · Excedit quicquid
de illo non solum dicitur · Uerum & iā cogitatur · Neque hanc
tam magna̅ pmissionem · quia ualde magna est · ideo spere
mus · sed potius quia ualde magnus eam pmisit · accepturos
nos esse credamus · Sicut enim dicit beatus iohannes
apostolus filioli sumus · & nondum apparuit quod erimus ·
Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus · qm̄ uidebim̄ eū